



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

19. Februarii. Quiquis amat felicem rei à se agendæ finem imponere, se ipsum negotio, non negotium sibi accomodet, est necesse. S. Ignat. apud Ribaden. l. 5. c. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Qui suâ spontè, qui celerius, quàm fe-
rat ætas, qui præter officium se proximo
curando ingerit, plus plerumque damni
quàm fructûs colligit, se perdit, & alium
non lucratur.

Regula, est Religiosi anima, quantum
ab illa recedit, tantum perdit spiritûs; sic
que accidit, ut vivum cadaver alia omni
& aliter agat, quàm deberet, sibi noxi
suis gravis, aliis inutilis.

In illis, quæ tuæ vocationis sunt, de-
aderit benedictio, hanc in aliis non spera
Si alia à te fieri voluisset, huc non voca-
set. Recedere ab instituto, est accedere ad
errorem omnium gravissimum.

19. Februarii.

*Quisquis amat felicem rei à se agenda se-
nem imponere, se ipsum negotio, non ne-
gotium sibi accommodet, est necesse. S.*

Ignat. apud Ribaden. l. 5. c. 11.

Qui cuncta suo conformari arbitrio
contendunt, & arrogantia multum
ostendunt, & ignorantia: illâ sibi, hâc
aliis nocent; nam & secundo rerum agen-
darum successu destituuntur, & turpi se
ipsum labe prostituunt.

Prud

Prudens Medicus prius arteriam tenet, naturam attendit, deinde de medicina præscribenda sollicitus, quæ cum prodest uni, officit alteri, etiam pari morbo laboranti. Nec minor in animæ cura desideratur discretio.

Omnibus omnia fieri debuit Apostolus, qui Doctor gentium audire voluit. Ut crepidam pedi, non pedem illi accommodat artifex, ita se hominibus aperet magister.

Media, non quàm pretiosa, quàmque sibi in amoribus, sed quàm apta fini, attendendum: secus onerabunt amplius, quàm juvabunt.

20. Februarii.

Experimento didici, ultra modum longis contemplationibus addictos, plus patere demonum prestigis, ac reddi intractabiles. S. Ignat. apud Bart.

Infallibile erroris argumentum est, suo ductu regi velle. Nemo sanctus simul & intractabilis, quia nemo intractabilis est humilis. Cum tamen non contemplatio, sed humilitas certus virtutis index sit.

Contemplatio, quæ te facit in sensu tuo abundare, tibi placet, non Deo; parùm